



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

16. Viros sanguinum &c. Confirmatio, extensio, & moderatio respectivè  
Constitutionum Pii II. Sixti IV. Clementis VII. Pii IV. & Pii V. super  
prohinitione quamcumque remissionem, compositionem, vel ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)



Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Piscatoris die 10. Maji Pontificatus Nostri  
Anno primo 1692.

J. F. Cardinalis Albanus.

XVI.

Confirmatio, extensio, & moderatio respectivè  
Constitutionum Pii II, Sixti IV, Clementis VII.  
Pii IV, & Pii V. super prohibitionem quamcumque  
remissionem, compositionem, vel gratiam homici-  
dis, illorumque fautoribus, auxiliatoribus, con-  
sultoribus, vel complicitibus, nec non Ministro-  
rum Justitiæ, querelantium, & testium offen-  
soribus concedi absque Romani Pontificis spe-  
ciali mandato.

## INNOCENTIUS EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memo-  
riam.*

Exordium.

**V**iros sanguinum, & dolosos, qui inhumanâ  
sevitia, & iræ, seu vindictæ furore suc-  
censi, nedum corporibus mortem dare, sed non ra-  
rò etiam Salvatoris Nostri Jesu Christi pretiosissimo  
Sanguine redemptis animabus, si non sint armis  
spiritualibus, divinâ præveniente gratiâ præmun-  
itæ, æternam perditionem procurare non perhorres-  
cunt, cum Domino abominantes, Nostorumque,  
& Sanctæ Sedis etiam in temporalibus immediatè,  
& mediatè subditorum tranquillitati, & paci, ac  
eorundem, & Ministrorum Justitiæ majori securi-  
tati, ejusdemque Justitiæ liberi exercitio, quan-  
tùm Nobis ex alto conceditur, consulere cupientes,  
inter alias Apostolicæ sollicitudinis curas, quibus  
incessanter urgemus, cumque ex spe remissionis, composi-  
tionis, gratiosæ rebannitionis, cassationis proces-  
sus, seu banni, aut alterius gratiæ assequendæ de-  
lictorum hujusmodi facilitatem, & frequentiam  
etiam procedere, experientia rerum magistra do-  
cuerit, ut hanc quoque detestabilem, & pernicio-  
sam spem magis, magisque adimamus, & recida-  
mus, ac delicta hujusmodi, quantum fieri potest,  
arceamus, ea quæ à Prædecessoribus Nostri Ro-  
manis Pontificibus desuper statuta, & providè  
ordinata fuisse comperimus, ut eò majorem obti-  
neant firmitatem, quò sæpius fuerint Apostolico  
præsidio communita, Nostre confirmationis pa-  
trocinio roboramus, eaque de novo statuimus, seu  
alias ampliamus, immutamus, & in honorem  
eximie S. R. E. Cardinalium de Latere Legatorum  
dignitatis respectivè moderamus, prout rationabi-  
les causæ persuadent, & in Domino conspiciamus  
salubriter expedire.

Pius II.  
prohibuit  
remitti  
exilium,  
vel saluum  
conductum  
concedi  
homici-  
dis.

§. 1. Alias siquidem felic. recordationis Pius Pa-  
pa II. Prædecessor Noster, ad cuius audientiam per-  
venerat, quod in Terris, locis, & Tenimentis tunc  
sibi, & Romanæ Ecclesiæ mediatè, & immediatè  
subjectis, quàm plurima etiam ex levibus causis  
commissa esse reperiebantur homicidia, idcirco tunc  
suos, & Ecclesiæ Romanæ prædictæ mediatè, & im-  
mediatè subjectos pacificos fore, & modestos, ac lo-  
ca prædicta sicariis, homicidis, & malefactoribus  
expurgare desiderans, inter cætera statuit, & de-  
crevit: quod omnes illi, qui pro delicto homicidii  
fuisent condemnati, seu alias de Civitate aliquâ, &  
districtu illius banniti, non possent ad Civitatem,  
seu districtum hujusmodi quocunque tempore redi-  
re, seu in eis, vel eorum altero moram trahere,  
etiam habitâ pace ab hæredibus, vel consanguineis,

seu filiis ipsius occisi, nec Legatus etiam de Latere,  
aut Gubernator, qui pro tempore fuisset, vel quivis  
alius posset auctoritate Apostolicâ, seu ex officio suæ  
Legationis aliquem homicidam sic exbannitum reban-  
niri, reducere, seu revocare ad Civitatem, seu distri-  
ctum, aut eorum alterum, seu ei licentiam, vel saluum  
conductum concedere redeundi, seu morandi in eis,  
vel eorum altero in perpetuum, vel ad tempus modi-  
cum, sive magnum, nec etiam per diem unum, sive no-  
ctem. Quod si secus per quemquam ex prædictis fa-  
ctum fuisset, incideret in pœnam excommunicationis  
ipso facto sine ulteriori sententiâ declarationis, à quâ  
per alium quàm per Summum Pontificem, & tunc  
factâ de hoc speciali expressione, non posset absolvi;  
ac reductio, licentia, revocatio, salvus conductus, &  
cessatio processus, & banni hujusmodi essent ipso  
jure nulla, nulliusque roboris, & momenti, adjectis  
aliis pœnis, inhabilitationibus, censuris, & Decretis,  
& alias, prout in ejusdem Pii, Anno Incarnationis  
Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo  
primo quinto Kal. Februarii Pontificatus sui Anno  
Quarto expeditis Literis plenius continetur.

§. 2. Et successivè rec. mem. Sixtus Papa IV. si-  
militer Prædecessor Noster accepto per eum, quod  
contenta in Literis Pii Prædecessoris hujusmodi à cer-  
tis temporibus tunc elapsis non fuerant observata, &  
ex illorum non observantiâ subditi prædictæ Eccle-  
siæ procliviores erant ad homicidia committenda,  
jamque ferè passim homicidia quotidie perpetraban-  
tur, & homicidæ præfati ideò ad illa committenda  
promptiores existerant, quia sperabant latere, &  
suorum excessuum remissionem consequi facile posse;  
ac detestabilem, & horrendam talium Sicariorum  
nequitiam ad aliorum cautelam opportunis juris re-  
mediis prosequi studio cupiens indefesso, habitâ su-  
per his cum Fratribus suis prædictæ Ecclesiæ Cardi-  
nalibus deliberatione maturâ, & de illorum consilio,  
per suas Anno Incarnationis Dominicæ millesimo  
quadringentesimo octuagesimo quarto, Kalendis  
Aprilis Pontificatus sui Anno Nono expeditas Litte-  
ras, Statuta & Decreta Pii Prædecessoris hujusmodi,  
& prout illa concernebant omnia & singula in dictis  
Literis ejusdem Pii Prædecessoris contenta, Apostoli-  
câ auctoritate approbavit, & robur perpetuæ firmi-  
tatis obtinere debere decrevit, ac voluit. & præfata  
auctoritate de eorundem Fratrum consilio statuit, &  
ordinavit, quod condemnati eatenus, & quos in  
posterum condemnari contigisset ubilibet in Civita-  
tibus, Terris, & locis Romanæ Ecclesiæ mediatè,  
& immediatè subjectis pro homicidio, sive ut prin-  
cipales, sive ut consilium, auxilium, & favorem  
præstantes, suarum condemnationum remissionem,  
aut contrâ illas saluum conductum, & licentiam  
securè in loco patratæ criminis, vel ei infra quinqua-  
ginta millia, ut præfertur, propinquo, commorandi  
nullatenus obtinere possent ab alio quàm à Romano  
Pontifice, qui pro tempore esset, & alicujus alte-  
rius etiam Legati de Latere remissio nemini suffra-  
garetur. Et si forsan contingeret, eundem Roma-  
num Pontificem induceret ad derogandum iisdem  
Literis Pii Prædecessoris, quæ cum tam maturâ de-  
liberatione ab eodem Pio Prædecessore emanave-  
rant.

§. 3. Deinde piæ mem. Clemens Papa VIII.  
etiam Prædecessor Noster facti notorietate edo-  
ctus, plures Urbis, Civitatum, Terrarum, Cas-  
trorum, Tenimentorum, partium, & locorum  
tunc sibi, & dictæ Romanæ Ecclesiæ mediatè,  
& immediatè subjectorum contrâ eorundem, &  
aliorum Prædecessorum Litteras elatâ cervice de-  
venire, ac censuras, & pœnas in illis contentas

Sixtus IV.  
confirmat  
præceden-  
tes, adden-  
do arcen-  
dos per  
millia  
quinqua-  
ginta à lo-  
co delicti,  
& solam  
remissio-  
nem Pon-  
tificis suf-  
fragari.

Clemens  
VII. am-  
pliat exi-  
lium ad to-  
tam Ditionem  
Ecclesiasticam.  
Contraveni-  
entes ap-  
prehendi,  
complices

sensu



plecti. Ad-  
mit omni-  
bus facul-  
tatem ab-  
solvendi.

senfu reprobo parvipendere non vereri, scelerato-  
rum insolentis salubriter reprimendis intendens, &  
criminoforum temeritatem ultrice iustitiâ cohibere,  
ne Literæ prædictæ, quæ providâ deliberatione ab  
ipsis Prædecessoribus emanaverant, contemptibi-  
les redderentur, sed excessuum perpetratores de-  
bita animadversione punirentur, opportunis reme-  
diis providere volens, inter cætera Motu proprio  
singulas præfatorum, & aliorum Prædecessorum  
inibi relatas Litteras cum omnibus, & singulis in  
eis contentis pari auctoritate approbavit, & inno-  
vavit, & per singulos, quos Literæ ipsæ con-  
cernebant, sub censuris & pœnis in eis contentis,  
quas contravenientes eo ipso incurrerent, perpetuò  
inviolabiliter observari decrevit; Illasque etiam ad  
hoc, ut homicidæ, sicarii, exitio, criminosi, re-  
belles, aliique infames propter homicidia, & alia ne-  
fanda per eos perpetrata excessus, crimina, & de-  
lictâ in Civitatibus, Terris, Castris, vel locis eo-  
rum, seu in quibus tunc morabantur, banniti, &  
condemnati, etiam habitâ pace ab hæredibus, fi-  
liis, seu consanguineis occisorum, aut partium  
læsarum, non solum à locis circumvicinis usque ad  
quingenta milliaria, seu etiam ab omnibus, &  
singulis Civitatibus, Terris, Castris, locis, &  
partibus tunc sibi, & dictæ Romanæ Ecclesiæ  
quomodolibet mediâtè, vel immediâtè subiectis,  
banniti, & exules essent, & esse censerentur, nec  
in illis, seu eorum aliquo, etiam prætextu cujuscun-  
que licentiæ, salvi conductus, remissionis, reductionis,  
revocationis, vel alterius gratiæ per eos desuper quo-  
modolibet pro tempore obtentæ, moram trahere  
possent, & si in eis resedissent, vel reperti fuissent,  
capi, detineri, & incarcerari, ac juxta criminum,  
& excessuum per eos perpetratorum qualitatem,  
& Litterarum Pii Prædecessoris hujusmodi teno-  
rem, sub pœnis in iisdem Litteris contentis, per  
Officiales Civitatis, Terræ, Caltri, vel loci in qua,  
vel in quo deprehensi fuissent, debitis pœnis plecti,  
seu inde educi, & ad forum, seu Officiales, ad  
quos criminum, & excessuum eorundem punitio  
de jure, vel consuetudine pertinebat, remitti de-  
berent, extendit, & ampliavit. Et nihilominus  
omnia, & singula, prout per Pium, Sixtum, &  
alios Prædecessores prædictos statuta, ordinata,  
inhibita, decreta, & ordinata fuerant, ita ut Du-  
ces, Barones, Marchiones, Comites, Domini  
temporales, Vicarii, Feudatarii, Capitanei, Ma-  
gnates, Principes, Communitates, Cives, Offi-  
ciales, & personæ, ac alii, quos ipsius Clemen-  
tis, aliorumque Prædecessorum præfatorum Litteræ  
concernerent, ac ipsorum singuli Litteras, & in eis  
contenta hujusmodi non observantes, & illis quo-  
modolibet directè, vel indirectè contravenientes,  
& eis adherentes, eorumque fautores, & com-  
plices, singulas censuras, & pœnas prædictas eo ip-  
so absque alia declaratione incurrerent, & incurrisse  
censerentur de novo: Et ne facilitas veniæ incenti-  
vum præberet delinquendi, quibuscunque dictæ Sedis  
Legatis, etiam de Latere, ac Nunciis, & Provincia-  
rum Rectoribus, nec non tunc suis, & dictæ Ro-  
manæ Ecclesiæ Vicariis in temporalibus pro tem-  
pore existentibus, & præfatis Communitatibus  
omnem super absolutionibus homicidiorum hujus-  
modi per eundem Clementem, ejusque Successo-  
res Romanos Pontifices, ac Sedem eandem sub qua-  
vis formâ, & verborum expressione concessam, ap-  
probaram, & innovatam auctoritatem, & facul-  
tatem revocavit, cassavit, irritavit, & annullavit,  
& si quando similes absolutiones per eundem Cle-  
mentem, ejusque Successores Romanos Pontifi-  
ces, ac Sedem præfata concedi contigisset, il-  
las per Judices, & Officiales, ad quos pertine-  
rent, nisi trinæ Literæ Apostolicæ sub interval-  
lo unius mensis pro singulis Literis hujusmodi  
cum expressâ derogatione earundem ipsius Cle-  
mentis Prædecessoris Litterarum desuper emanaf-  
sent, nullatenus admitti, vel observari voluit,  
& alias prout in ejusdem Clementis Literis An-

Forma at-  
tendenda  
in absolu-  
tione con-  
cedenda  
per Ponti-  
ficem.

no incarnationis Dominicæ millesimo quingente-  
simo vigesimo quarto, Prædictæ Idus Junii, Pon-  
tificatus sui Anno primo desuper expeditis, ube-  
rius continetur.

§. 4. Postmodum ejusdem memoriæ Pius Pa-  
pa IV. pariter Prædecessor Noster habitâ super his  
cum Fratribus suis S. R. E. Cardinalibus delibera-  
tione maturâ, & de illorum unanimi consilio, &  
assensu, iisdem modis, & formâ prædictis, qui-  
bus idem Clemens Prædecessor Litteras suorum  
Prædecessorum confirmaverat, & extenderat, ip-  
se pariter Litteras memoratas ejusdem Clemen-  
tis, aliorumque Prædecessorum cum eadem expressio-  
ne, & extensione, & cum simili, ut præfertur,  
revocatione, cassatione, irritatione, & annulla-  
tione omnis auctoritatis, & facultatis dictæ Sedis  
Legatis etiam de Latere, aliisque prædictis super  
absolutionibus homicidiorum hujusmodi per eun-  
dem Pium Papam IV. ejusque Prædecessores Ro-  
manos Pontifices, ac Sedem eandem sub quavis  
formâ, & verborum expressione concessam, appro-  
batas, & innovatas, nec non cum eadem, ut præ-  
fertur, voluntate, seu Decreto, si & quando si-  
miles absolutiones per eundem Pium IV. ejusque  
Successores, & Sedem prædictam concedi contig-  
isset, per quasdam suas Anno Incarnationis Do-  
minicæ millesimo quingentesimo primo, octavo  
Idus Januarii Pontificatus sui Anno secundo ex-  
peditas Litteras approbavit, & innovavit.

§. 5. Cumque idem Pius Prædecessor accepisset,  
nonnullos ex Gubernatoribus, & Officialibus  
per eum in diversis Civitatibus, Terris, & locis  
Status Ecclesiæ constitutis, & deputatis, forsan  
sue voluntatis ignaros, aut alias, prætere pœ-  
narum remissionem inquisitis, bannitis, & con-  
demnatis super homicidiis per eos pro tempore  
perpetratis per eos remitti, gratiamque fieri, &  
exinde ab eis compositionem exigi posse, Idcirco  
ad tollendum omne dubium, quod exinde  
exoriri potuisset, & ne Gubernatores, & Offi-  
ciales prædicti, ac quicumque alii ignorantie  
ejusdem sue voluntatis, aut quovis alio prætex-  
tu in illis se intromittere præsumerent, veriores  
dictorum suorum Litterarum tenores, ac si de ver-  
bo ad verbum insertæ fuissent, pro expressis ha-  
bens, decrevit, & declaravit, gratias, seu re-  
missiones, aut compositiones quibuscunque inquisitis,  
condemnatis, aut bannitis, ex causâ, vel occa-  
sione homicidii animo deliberato, vel casu for-  
tuito, aut in rixâ, vel alio quovis modo pro  
tempore perpetrati, pro quo pœna ordinaria, vel  
extraordinaria imposita, vel imponenda fuisset,  
per quoscumque in Civitatibus, Terris, & lo-  
cis prædictis Sedis Apostolicæ Legatos, Vicele-  
gatos, Gubernatores, vel alios Officiales deputa-  
tos, & deputandos, fieri in posterum nullatenus  
posse, & illas tantum compositiones, & gra-  
tias cum inquisitis, condemnatis, & bannitis hu-  
jusmodi, ut supra, ab inde faciendas valere,  
illisque suffragari, qui habuissent supplicationes  
desuper suâ manu signatas, & per Datarium pro  
tempore existentem datas, prout in Cedulâ Mo-  
tus ejus proprii, sub Datum sexto Kalendas Maji  
Anno Pontificatus ipsius quinto, continetur.

§. 6. Post hæc sim. memoriæ Pius Papa V.  
habitâ super his cum Venerabilibus Fratribus suis  
ejusdem S. R. E. Cardinalibus deliberatione ma-  
turâ, ac de illorum unanimi consilio, & assen-  
su, inter cætera ibidem per ipsum decreta, &  
sancta, singulas prædictorum Pii II. Sixti, Cle-  
mentis, & Pii IV. & aliorum Prædecessorum  
Litteras, cum omnibus & singulis in eis respec-  
tivè contentis, Apostolicâ auctoritate approba-  
vit, confirmavit, & innovavit, illisque perpe-  
tuum, & inviolabilis firmitatis robur adjecit,  
ac ab omnibus, & singulis, quos illæ concerne-  
bant penitus, ac sub ibi relatis per contrafacien-  
tes irremissibiliter incurrendis pœnis, observari  
voluit, & decrevit, & alias prout in ipsius Pii

Pius IV.  
innovat  
Constitu-  
tionem  
præceden-  
tem.

Idem Pius  
IV. man-  
dat atten-  
di solum  
absolutio-  
nes signa-  
tas manu  
Pontificis,  
& à Data-  
rio datas

Pius V.  
confirmat,  
& innovat  
omnia  
præmissa.



V. Prædecessoris defuper Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, tertio Nonas Julii, Pontificatus sui Anno primo emanatis Literis, quarum & præfatarum eorundem Pii II. Sixti, Clementis, & Pii IV. Prædecessorum Literarum, & Cedula tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habere volumus, uberius continetur.

§. 7. Nunc verò Nos nequitias hujusmodi fallaciter reprimendis, ne criminorum invalescat præsumptio, illorumque perveritas quoquo modo remaneat impunita, quin ultre iustitiæ perpetuò retundatur, sedulo intendentes, ac infimul quieti, & tranquillitati præfatorum Nostorum, & ejusdem Sedis in temporalibus subditorum, nec non majori Justitiæ Officialium securitati, ac ejusdem Justitiæ liberiori exercitio providere volentes, Motu proprio, ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione Nostri, deque Apostolice potestatis plenitudine, singulas eorundem Pii II. Sixti, Clementis, & Pii IV. Prædecessorum Literas hujusmodi, cum omnibus, & singulis, quæ præmissa, & infrascripta concernunt, & concernere possunt, tenore præsentium approbamus confirmamus, & innovamus, illisque perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac ab omnibus, & singulis, quos illæ concernunt, & penitus, & sub inibi contentis per contrascentes irremissibiliter incurrendis penis, & censuris, & cum omnibus inibi decretis, & sanctis observari volumus, atque decernimus, firmis, & in suo robore, & statu remanentibus cæteris in iisdem Literis statutis, sancitis, & decretis.

§. 8. Et nihilominus hætenus inquisitos, processatos, condemnatos, aut bannitos, sive uti principales, sive uti mandantes, vel mandatarios, sive uti complices, aut auxilium vel consilium, vel favorem præstantes, ex causâ, vel occasione homicidii, pro quo poena ordinaria, vel extraordinaria imposita fuerit, vel erit, seu imponenda foret, & quos quibuscumque futuris temporibus similiter inquiri, processari, condemnari, seu banniri contigerit, ubilibet in quibuscumque Civitatibus, Terris, & locis Nobis, & Sanctæ Sedi mediâ, & immediatè subiectis, comprehensis, etiam quatuor Legationibus, & Civitatibus Bononiensi Ferrariensi Beneventana, aliisque etiam specialem, & individua expressionem, & nominationem requirentibus, nullo unquam tempore, vel modo ex aliquâ gratiâ, seu compositione, vel per viam cassationis processus, remitti, seu quoquo modo gratioso rebanniri, habitari, seu dispensari, minusque illis aliquem saluum conductum, præterquam pro vero, reali, & necessario servitio justitiæ, & tunc pro eo duntaxat tempore, quod hujusmodi servitio congruat, concedi per quoscumque locorum, & Civitatum Gubernatores, & Justitiæ Officiales, Provinciarum Rectores, dictæ Romanæ Ecclesiæ in temporalibus Vicarios, & quoscumque alios, quantumvis speciali, & individua notâ dignos, ac etiam ipsos de Latere Legatos, salvâ tamen quoad eosdem Legatos infra scriptâ distinctione, seu moderatione, etiam pace ab hæredibus, vel consanguineis, aut filiis occisi habitâ, sine Nostro, & Romanorum Pontificum pro tempore existentium speciali mandato, omnino prohibemus; Ita tamen, ut pro hujusmodi mandato certa, seu præcisâ forma non requiratur, pro ut in superius relatis Literis, quibus in hac parte opportunè derogamus, & derogatum esse volumus, averbatur, sed quocumque legitimo modo illud apparere seu probari sufficiat,

§. 9. Ad hæc omnes, & quaslibet facultates quibuscumque locorum, & Civitatum Gubernatoribus, Justitiæ Officialibus, Provinciarum Re-

toribus, dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicariis in temporalibus, & quibuscumque aliis quantumvis speciali, & individua notâ dignis, ac etiam ipsis de Latere Legatis, salvâ tamen quoad eosdem Legatos infra scriptâ distinctione, seu moderatione, super hujusmodi gratiarum, compositionum, cassationum, processuum, remissionum, habilitationum, dispensationum, & saluorum conductuum concessione, etiam per Nos, & Prædecessores Nostros, ac Sedem eandem sub quavis formâ & verborum amplitudine concessas, innovatas & approbatas, omnino revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, & pro revocatis, cassatis, irritis, & nullis, ac si concessæ non fuissent, haberi volumus, & decernimus, & quascumque facultates, si quas in posterum concedi contigerit, servari hujus Nostre Constitutionis formam intelligi, & observari debere omnino volumus, & mandamus.

§. 10. Verum quia in relatis Prædecessorum Nostrorum Literis cæteris omnibus Officialibus, & personis præfatis æquè, ac ipsi de Latere Legatis hujusmodi gratiæ & actus indistinctè prohibentur, omniumque facultates pariformiter revocantur, sive de homicidiis animo deliberato, sive casu fortuito, vel in rixâ, vel alio quovis modo patris agatur; Nos eximiam Legatorum de Latere S. R. E. Cardinalium Dignitatem præ oculis habentes, eosque facultatibus, eâ quâ decet circumspectione, usos esse sperantes, præfatas Constitutiones moderari, illasque, & præsentem Nostram sanctionem quoad præfatos, & pro tempore existentes de Latere Legatos ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales locum habere decernimus pro homicidiis animo dolo, & præmeditato commissis, iisdemque de Latere Legatis, ut sibi concessis, seu concedendis facultatibus, quas Nos juxta præscriptam in iisdem præsentibus formam etiam harum serie opportunè concedimus, quoad gratias, & actus prædictos uti possint & valeant, quoriscumque de homicidiis casu fortuito, vel in rixâ, seu aliâ similiter sine dolo, & præmeditatione commissis agi contigerit; iisdemque Constitutionibus in hac parte amplissimè derogamus, & opportunè derogatum esse volumus, & mandamus, firmis tamen, & in suo robore quoad quoscumque alios remanentibus omnibus & singulis, quæ in præfatis & præfenti, Nostre Constitutionibus, quoad omnia homicidia, etiam in rixâ vel casu fortuito, vel aliâ commissâ, statuuntur, & decernuntur.

§. 11. Volentes præterea delinquentibus eorumque fautoribus occasione tum homicidiorum, tum aliorum delictorum anam eò magis amputare, ne Curia & Fisco eosdem inquirendi, & processandi, condemnandi, banniendi, & quoscumque Justitiæ actus explendi impedimentum præbeant, & e converso Nuncios, Birrarios, Notarios, Promotores, seu Procuratores Fiscales, Judices, cæterosque Justitiæ Officiales, & Ministros ad eorum operam attentius navandam, ac querelantes ad operam Justitiæ tutius implorandam, & testes ad veritatem liberius propalandam, spe, & præsidio majoris securitatis excitare, præfatas, & præsentem Nostram Constitutiones sic extendimus, & respectivè locum habere mandamus, ut omnes & quicunque in poenam ultimi supplicii, vel ad trirèmes perpetuò condemnati ex causâ præfatorum Justitiæ Ministrorum, & Officialium, seu partis querelantis, vel testium offensionis, à nemine ex prædictis Gubernatoribus, Officialibus, Rectoribus, Vicariis in temporalibus, & quibuscumque aliis speciali, & individua notâ dignis, & nec ab ipsismet de Latere Legatis S. R. E. Cardinalibus remitti, seu ullam ex gratiis, & actibus superius expressis, minusque aliquem saluum conductum, præterquam pro vero, reali, & necessario servitio justitiæ, & tunc pro eo duntaxat tempore, quod hujusmodi servitio congruat, sine expresse, ut

cumque concessas, etiam Legatis de Latere.

Decernit quoad Cardinales Legatos præmissa procedere solum quoad homicidia præmeditata, & dolo.

Limitat in casibus condemnationis ob offensa Curiam, Querelantes seu Testes.

Sanctiss. D. N. ita pariter confirmat, & innovat.

Prohibet gratias, compositiones, & cassationes processus etiam in quatuor Legationibus, & Civitatibus.

Moderatur Constitutiones Prædecessorum quoad formam justitiæ gratiam à Pontifice obtentam. Revocat facultates quibuf-

præfer-



Mandat  
observan-  
tiam cum  
clausula  
sublata, &  
Decreto  
irritanti.

præfertur Nostro, seu Romani Pontificis pro tempore existentis mandato, obtinere ullatenus possint, & valeant, omnesque & quascunque facultates quoquo modo concessas, quæ præsentibus adversarentur, penitus, & omnino ut præfertur, revocamus, & annullamus, istoque casu, & ad hunc effectum, ut iudiciis ad transmittendam inquisitionem sufficientibus ex processu resultantibus, Iudices, ad quos spectat, servatis solitis terminis ad condemnationem delinquentium huiusmodi expedite procedere teneantur, omnino volumus, & decernimus.

§. 12. Mandantes huiusmodi Nostram Constitutionem, ac omnia, & singula in ea contenta, per quoscunque etiam speciali notâ dignos inviolabiliter observari sub omnibus censuris, & pœnis quæ in superius relatis Prædecessorum Nostrorum Literis imponuntur, & continentur; sicque & non aliter in præmissis per quoscunque Iudices rām Ordinarios, quàm delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere; Irritum quoque, & inane, quidquid fecus super omnibus, & singulis præmissis, vel circa ea à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio  
contrariis.

§. 13. Non obstantibus præmissis, & aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, quibuscunque consuetudinibus, ac omnibus, & singulis illis, quæ dicti Prædecessores in præfatis eorum Literis voluerunt non obstat, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Se- de indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuscunque aliis privilegiis, facultatibus, indultis, & Literis Apostolicis, etiam motu proprio, sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibuscunque clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, & aliis quomodolibet per Prædecessores Nostros Romanos Pontifices, ac etiam Nos concessis, innovatis, & approbatis. Quibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & formâ in illis tradita observatâ, inserti forent, eisdem præsentibus pro plenâ, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum præsentium illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Tempus à  
quo incipit  
obligare  
Constitu-  
tio.

§. 14. Volumus autem, quòd lapsis viginti diebus, postquam præfentes valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Nostris Curforibus affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & singulos tam in Urbe, quàm in Statu præfatis existentes perinde obligent, & arceant, ac si unicuique eorum personaliter, & nominatim intimatæ fuissent; Quòdque earum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus, si exhibitæ, vel ostensæ fuissent, adhiberetur.

Fides  
transump-  
torum.Sanctio  
pœnalis.

§. 15. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, decreti, prohibitionis, derogationis, revocationis, cassationis, irritationis, annulationis, mandati, concessionis, & extensionis infringere, seu ei ausu temerario

contraire. Si quis autem hoc attentare præsum- pserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beato- rum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se sci- verit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcente- simo nonagesimo secundo septimo Idus Maji, Pon- tificatus Nostri Anno Primo.

Loco † plumbi

B. Card. Prodaturus

J. F. Albanus.

Visa de Curia J. Sacripantes.

D. Ciampinus

Registrata in Secretaria Brevium.

Facultas celebrandi Capitula Provincialia in Ger- mania Fratribus Congregationis Disalceatorum S. Augustini Provincia Germanicæ concessa à Sanctissimo D. N. Innocentio Divinâ Providen- tiâ Papa XII.

XVII.

## INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **N**uper pro parte Dilecti Filii Procura- toris Generalis Congregationis Italiæ Fratrum Ordinis Eremitarum, Sancti Augustini Excalceatorum nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardina- lium, negociis & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ expositum fuit, quòd Capitulum Generale dictæ Congregationis Italiæ novissimè sub præfidentia Venerabilis Fratris No- stri Palatii Episcopi Præfessini ejusdem S. R. E. Cardinalis de Alteriis nuncupati, Ordinis prædicti apud Nos & Sedem Apostolicam Protectoris cele- bratum ad favorem Provinciæ Germanicæ ejusdem Congregationis Italiæ Decretum edidit tenoris qui sequitur videlicet. Die 7. Maji S. Ill. 7. post vespertas lectus fuit supplex libellus Provinciæ Germanicæ, in quo repetit preces in aliis Capitulis Generalibus porrectas, quòd ei soli concedatur celebratio Capi- tuli Provincialis, ob particulares rationes adductas, atque etiam ob instantiam Augustissimi Imperatoris, & annuente Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale Palutio de Alteriis S. R. E. Camerario Protectore Nostro & præfentis Capituli Generalis Apostolico Præsidente, maturè consideratis con- siderandis decernimus, & statuimus, quòd omnino concedatur, sicut de facto concedimus, ita ut possit incipere Capitulum Provinciale in se- cundo anno præfentis triennii juxta methodum statutam in Capitulo Generali de anno 1628. & in præfenti approbatam, & confirmatam cum non- nullis additionibus, prout in exemplari subscripto ab Eminentissimo prædicto Protectore, & Præside, nec non ab omnibus, & singulis P. P. Definitori- bus Generalis; insuper impartiantur facultatem Pa- tri Calisto à S. Innocentio Procuratori Generali ex præteritis impetrandi confirmationem præfentis De- creti à Sacra Congregatione Statuti Episcoporum, & Regularium præpositæ, & quatenus opus ef- set, etiam robur Apostolicum à Sanctissimo Do- mino Nostro Innocentio PP. XII. omnibus per vo- ta secreta concurrentibus &c. Cardinalis de Alte- riis Protector, & Præsides.

Decretum  
Capituli  
Generalis  
Congrega-  
tionis Ita-  
licæ ad fa-  
vorem  
Provinciæ  
Germanicæ  
ema-  
natum.

§. 2. Et proinde pro parte dicti Procuratoris Generalis prædictæ Cardinalium Congregationi supplicato, ut Decretum huiusmodi confirmaret; Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium

Et à S. R. E.  
Congrega-  
tione con-  
firmatum.

Decre-